

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 03 : De Tritone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[101\] : De Tritone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 03 : De Tritone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 04 : De Triton](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 03 : De Triton](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 03 : De Tritone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/919>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination238r°-239v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Triton](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Vnum de labris, hinc quoque nomen habet.

Fuerunt qui dixerint Thetidem non sub flamma solitam esse occultare filios & Peleo susceptos, sed in leberem aquæ bullientis iacere, vt experiretur an mortales geniti essent. atque hinc de Thetide filia Nerei. Tethys Oceani vxor, sororq; Titani Ephyren peperit, quæ nupsit postea Epimetheo; & Pleionem Atlantis vxorem, de qua sic ait Ouid. lib. 5. Fast.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym.

Qui terram liquidis, quæ pater, ambit aquis.

Hinc sata Pleione cum cœliferò Atlante

Iungitur vt fama est, Pleiadæque parit.

10

Verum siue Thetidem nominemus, siue Thetym, vtraque Dea fuit marina, & Tethys putanda est ipsa aquæ moles, quæ ad generationem coalescit. Thetis vero aquæ elementum, vt patet ex Pollione Virgilio;

Pauca tamen suberunt prisce vestigia fraudis,

Quæ tentare Thetis ratibus, quæ cingere muris

Oppida :

Nam nisi sit Oceanus vniuersa aqua, ac materia Tethys ad generationem concreta, ridiculum sanè erit mare etiam vxorem habere. cū igitur ea materia, ex qua cuncta gignuntur, coalescit, illa Deorum & animalium omnium mater dicta est. Quod attinet ad nuptias Pelei, scriptum reliquit Staphylus in libro de Thessalia Chironem rerum astronomicarum peritissimum voluisse Peleum illustrare, quare tempus obseruauit, quo futuri essent magni imbres, atque famam in homines dissipauit quod Ioue concedente Peleus Thetidem esset vxorem ducturus, ad quas nuptias Dii cum pluuia & magna hyeme forent venturi. cum tempus igitur huiusmodi aduentasset Peleus duxit Philomelam Aëtoris Myrmidonis filiam : sed tamen nomen de Thetide inualuit, verum de his alibi copiosius dictum sit hæc de Thetide sufficiant. at nunc de Tritone dicamus.

20

De Tritone.

Cap. III.

30

TRITON Deus marinus, quorum filius fuerit, non conuenit inter scriptores. Hesiodus Neptuni & Amphitrites illum filium fuisse dicit in Theog. in his;

Ἐκὼ ἀμφιτρίτης, καὶ τριτόνῳ ἀντιτρίτων
τρίτων ἰσχυρὸς γένετ' ἄνθρωπος, ὅστις θαλάσσης
Πόσειδ' ἔχουσιν, παρὰ μητρὶ φίλος καὶ πατρὶ ἀσπάζεται
Ναῖον χρίσας δὲ, δαίμων Διός.

Inde Amphitrite Neptunoque editus ipse

Est Triton Deus insignis, qui vasta profunda

Cum patre & cum matre colit; quicq; aurea tecta

Incolit eximius Deus.

40

Acesander verò Eurypylium & Tritonē filios fuisse Nepruni & Celænus scriptum reliquit, ac Steropem Solis filiam nupsisse Eurypylo, cui genuit Lycenem & Leucippum. At Numenius in libro de Piscationibus Oceani & Tethyos filium Tritonem fuisse inquit. Lycophron Nerei filiam putauit, vt patet in iis carminibus, in quibus inquit poculū donatum fuisse Tritoni à Medea, quoniam is Argonautas rexit, cum in syrtis incidissent.

O O O 2

αλυσία

Mythologia

Ἀλκίονος πένοντος κερκίρας ἀνυΐατος

Ἀλκίονος ἀνυΐατος ἢ πένοντος ἴου

Ναυτίου Λαμάρου ; τὸ δὲ ἐνρίον ἴου

τρίτου, καλῶς ὡς πένοντος ἴου

χρυσὸν ἡλκίον κερκίρας ἀνυΐατος.

Fractum lacunar inferorum magnæ opes.

Aufinda, cinnypheus hanc fluctus rigans

Fecundat arua, Nerei proli hic dedit

Tritoni Colchis poculum olim femina

Dono, quod auto erat probè multo illitum.

10

Fuit autē Triton Oceani ac Neptuni buccinator & tubicen ut testatur Ouid. lib. primo Metam. in his ; ubi etiam formam ipsius buccinæ describit.

Cæruleum Tritona vocat, conchaque sonanti

Inspirare iubet, fluctusq; & flumina signo

Iam reuocare dato, caua buccina sumitur illi,

Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo :

Buccina, quæ medio concepit ubi æra ponto

Littora voce refert sub utroque iacentia phæbo.

30

Huius suprema pars corporis vsque ad umbilicum fuit hominis, at inferior, vsque ad caudam delphini : duos pedes priores equinos habuisse dicitur, caudamque duplicem in lunæ formam, ut significauit Apollonius lib. 4. Argonauticorum in his ;

Ἰήριος δὲ τὸ ἔκτερον

κράστιον ἀμφότερα καὶ ἴσην ἔστω ἐπὶ τοῦ σώματος

αὐτὸν δὲ μακρὸν καὶ φερόμενον ἵστω

αὐτὰρ ἴσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω καὶ ἵστω

κίττωι δὲ καὶ μακρὸν καὶ φερόμενον ἵστω

ἵστω δὲ καὶ ἵστω καὶ ἵστω ἐπὶ τοῦ σώματος

αὐτὸν δὲ μακρὸν καὶ φερόμενον ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

αὐτὰρ ἵσην ἵστω καὶ μακρὸν ἵστω

30

Par fuerat forma superis humerosq; , caputq; ,

Et latera, & partes supremas corporis omnes.

Inferius sed enim cauda hinc pendebar & illinc

Immanis ceti, cum spinis verberat alti

Terga freti, hæc lunæ similes curuantur in orbem,

Hanc eandem formam Tritonis ita expressit Virg. lib. 10.

Hunc vehit immanis Triton : & cæula concha

Exterrens freta : cui laterum tenus hispida nanti

Frons hominem præfert, in pristim desinit aluus.

Spumæa semifero sub pectore murmurat vnda.

40

Fabulati sunt hunc in curtu ab equis cæruleis tracto vehi solitū, ut ait Ovi. in epist. Didus;

Iam venti ponent, strataque æqualiter vnda,

Cæruleis Triton per mare curret equis.

Inquiunt huic humeros fuisse colore purpureo, & quali colore mortuæ tri glæ perfunduntur, de quo ita ait Ouid. lib. primo.

supraque profundum

Extantem, atque humeros nativo murice tectum

Cæruleum eritona vocat.

Tritonem humanam vocem habuisse dicunt, ut testatur Pausa. in Arcad. Fabulantur

bulantur hunc inuentam à se concham ad id bellum attulisse, quod susceptū est aduersus gigantes, quam cum inflasset, & inauditum sonum edidisset, illi immanem aliquam belluam ac formidabilem rati se in fugam verterunt, quare victoriam facilem Diis concesserunt. De Tritia Tritonis filia meminir Paus. in Achaicis, quæ cum esset virgo fuit sacerdos Mineræ, sed postea à Marte compressa Melanippum peperit. Idem testatur in Bæoticis Tritonem solitum fuisse quæcunque pecora ad mare agerentur apud Tanagros adoriri, qui etiam leuiora nauigia inuadebat. Ad hunc placandum cum Tanagros vini craterem exposuissent, ille odore allectus vinum hausit, mox de tumultu litoris in somnum versus præceps decidit, cui Tanagrus quidam homo securi caput amputauit; quem tamen à Baccho cælum nonnulli crediderunt. Qui diligentius Tritonum figuram exprimere conati sunt, illi Tritonum capillos apio palustri similes esse dixerunt, cum reliquum corpus exiguis squammis integeretur, duritie limæ perimili. Branchias habuit paulo inferiores auribus, naresque hominis, cum rictus tamē oris esset paulo latior: dentesque pantherarum dentibus perimiles, oculi subglauci, manus & ungues & digiti similes erant testæ conchyliorum, tum pinnae sub ventre & sub pectore, sicut visuntur in Delphinis, ut scriptum est à Soltrato lib. tertio animalium. Dictus est Triton etiam Neptunus, siue mare, ut ait Lycophron; qui etiam cætum, in cuius ventre Hercules Triduum fuit, Tritonis canem in his appellat, & leonem Herculem;

10

20

*Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue*
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue

Nam cum Hercules Laomedontis largitionibus impulsus Hesione Regie ornatam cætoque expositam Laomedontis ipsius filiam vellet ab illo periculo liberare, fertur aggerem, ut alii mallunt, murum repentinum excitasse, acque ad angustias eius aggeris armatus cõstitisse. Vbi vero ætus accessisset hians, in eius os Hercules irruit, ubi cum per triduum fuisset, cæto disrupto exiit omnibus amissis capillis capitis, ut scriptum reliquit Andræas Tenedius in nauigatione Propontidis. Quam quidem fabulam nihil aliud significasse puto, nisi futurum, ut traditum est à sapientibus Christianam viuendi rationē oē pristinam malitiā disrupturā: cum multa tradita sint de Hercule, quæ ad prædicendam Christi fortissimam & oibus saluberrimam vitam spectare appareant. Vocatus fuit etiam Triton Nilus Aegyptius fluius, quia ter nomen mutauerit; nam prius Oceanus, deinde Aegyptus, tum denique Nilus vocatus est, ut ait idem Lycophron;

30

*Ab ætate Tritonis præcipue dicunt, & de præcipue
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue
Tritonem quædam præcipue dicunt, & de præcipue*
Aegyptium Tritonis ut potum trahit.
Vocatur sunt Tritones & vrbes nonnullæ Bæoticæ, Thessalicæ, Libyæ. Atque Tritones denique crediti sunt dei, qui præsto essent nauigantibus, ne quis locus, aut ne quod hoīum facinus diuina numinis p̄sentia carere videretur. Quod Triton Neptuni fuerit & Amphitrites, vel Neptuni & Celæus, vel Oceani & Tettyos, vel Nerei, nihil aliud significare sanē ego crediderim, quā monstrum marinum fuisse, cum aqua omnium elementorum maxime sit ad varia monstrorum genera procreanda fertilis. Et quoniam facile cadit in rerū ignotarū admirationē imperita multitudo, idcirco quod raro apparet vel

40

Mythologia

vel diuinū quidpiam esse arbitratur, vel certe sine aliqua diuina & maxima causa non contingere. Id cum ita sit, non fuit difficile persuadere mortalibus diuinum quidpiam esse Tritones, & Deos esse quorum in potestate essent nauigantes, ad quod credendum aliquando periculorum magnitudo impellebat (sunt enim timentium animi & in periculis exilentium ad superstitionem perfaciles.) Et cum inter multos precantes alicui voti compos fieri contigisset, illius præconio postea Tritonum vt Deorum nomen fuit celebratum. Neq; illud prætermiserim, quod apud Romanos super templo Saturni Triton quidam eximie magnitudinis fuit collocatus, qui buccinā inflabat quoties oriebatur ventus, caudamque intra terram occultabat. Per illud significare tradiderūt nonnulli res gestas ante Saturnum silentio fuisse inuolutas; at post imperium Saturni clarissima historiographorum voce fuisse celebratas: quāuis ego occultatam verā religionem ante Christum p hæc significatum crediderim; at post Christi aduentum clarissimo sanctorū apostolorum præconio omnibus gentibus veram, sanctam & saluberrimam legem, omnibus Christo altissimo Dei filio credētibz celebratum iri. Nam alioquin insulsum esse videbatur, vt sapientes antiqui caudatos etiam Deos habuerint. At nunc de Palamone dicamus.

10

De Iuo, & Palamone,

Cep. IIII.

INo quoque cum Palamone filio nauigantibus præesse fuit existimata ab antiquis, & inter Deorum marinorum numerum relata. Hæc Cadmī & Harmoniæ illius, cuius carmen nuptiale Musæ cecinerunt, filia fuit vt ait Hesiod.

*καὶ παῖς ἰπποῖα δὲ καὶ τὸν ἑρμῆν ἀπὸ τῆς
ἰνῆς, καὶ τὸν ἑρμῆν, καὶ τὸν ἑρμῆν καὶ τὸν ἑρμῆν,
καὶ τὸν ἑρμῆν, καὶ τὸν ἑρμῆν, καὶ τὸν ἑρμῆν.*

Harmoniæ hinc Veneris formosæ filia Cadmo

30

Inoq; Semelenq; & Agauē edidit; atq;

Autonoē, quæ nupsit Aristæo inde comato.

Fuit Ino postea Athamantis Thebanorum Regis vxor, quæ vt dictum fuit, singulari odio Nepheles filios, vt pote nouerca, prosequabatur, totiq; feminibus vnum de filiis Nepheles Dias immolari oportere per aruspices significauit. Postea ob Iunonis odiū in omnes Thebanos, quia Bacchus ibi natus esset, Athamas in furorē vertitur, Learchumque filium, quem ex Ino inter ceteros susceperat, obtruncavit. Tum Ino arrepto Melicertæ ob Athamantis timorē in proximū mare insiliit. Fuerunt qui dicant furorē immissum fuisse Ino, quod illius filiz peperissent & educaſſent Dionysium. At

40

Nymphodorus Syracusius in libro Asiaticæ nauigationis non ab Athamante, sed a furia Ino secutū esse scripsit in filios, quæ & Learchum & Melicertā trucidauit: ac postea desperatione capta in mare insilierit ob impatientiæ doloris, vt ibi suffocaretur. At Dorion in libro de piscibus Learchum sagitta fuisse ab Athamante transfixum scribit, Melicertamque ab Ino iugulatum, postquam rem se Ino in mare præcipitauit. Alii dixerunt Ino fugisse Athamantis imperum cum Melicertæ filio, quia Learchum, quem Athamas interemerat in cacabum bullientis aquæ coniecisset. Ausugit igitur per Germaniam Megarensis agri montem, seque de saxo Moluride dicto, vt ait Pausanias

Atticia